UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Divo Maximimiliano Secvndo Romanorvm, &c. Regi & Cæsari, semper Augusto, Hartmannus Schopperus Nouoforensis Noricus, à Deo optimo maximoq; felicitatem precatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70432

Visual Library

DIVO MAXIMILIANO SECVNDO ROMANORVM, &c. Regi & Cæſari, ſemper Auguſto, Hartmannus Schopperus Nouoforenſis Noricus, à Deo optimo maximoq́; felicitatem precatur.

PLutus opes, longos dat Parca potentior annos,
More Poëtarum ſilicet iſta loqui.
Grana Ceres, Diana feras, meliorib. auctam
Dotibus Vxorem donat amica Venus.
Mel Rhea, nectar & Ambroſiam largitur Iacchus,
Pan calamos, Nymphæ lilia, Flora roſas.
Lætitiam Genius, felices Æolus Euros,
Neptunus piſces Regia Iuno domos.
Dona iuuentutis pretioſa dat Herculis Vxor,
Somnia ſed Morpheus, mille Cupido ſoles.
Dulcia ſuppeditant tibi Muſæ carmina, ſolus
Immortale tibi donat Apollo decus.
Carmina pro nitido quæ Regib. offerat auro,
Nil præter Vates ingenioſus habet.
Tertius hic igitur Rex Maxmiliane libellus
Prouida tutelæ pars ſit, opusq́; tuæ,
Quod me fortè putas hoc ſi meruiſſe labore
Gratia pro donis Vt ſit habenda meis,
Non precor Vt dones mihi prædia culta, Vel hortos,
Iugera fœcundi nec peto multa ſoli.

Hoſtis adeſt nobis noctesq́; diesq́; timendus:
  Qui neq; Germanus, eſt neq; Gallus homo,
Sed qui pauperies cunctis odioſa vocatur,
  Victor in hunc quæſo ſuffice tela mihi.
Sic ego, quæ triſtes nunquam ſenſura ruinas
  De lauro nectam ſeria virente tibi:
Perq́; Meduſæas tua fama vagabitur vrbes,
  Laudibus & cælos ibit ad vſq;, Vale.

HART.